

Episcopatu requiritur ad reuocationem Priuilegiorum, vt docet Soto lib. i. de Iustitia & Iure. q. 1. art. 4. vbi dicit pro certissimo habendum, q̄ leges priuilegiorum reuocatorię vim non habent, quo ad usq; promulgatae sint, nō solum in Provincia, verū etiam in Diœcesi. Hoc confirmat doctissimus Magister frater Bartholomeus de Medina. i. se cūdæ. q. 90. art. 4. dicens. In lege vero P̄tificia necessariam videtur, quod proponatur per vniuersas Diœcesis: & si lex fuerit mol-
tum necessaria, & irritans contractus qui in Republica solent celebrari, maior adhibēda est diligentia. Quod consultissimē fecerunt Patres in Concilio Trident. in lege irritante matrimonia clandestina: præceptum nāque est, quod hæc lex nō solum per Diœceses vniuersas, sed etiam per Parochias vniuersas p̄poneretur, & quod non valeret nisi post tri-
ginta dies à promulgatione. Ex his se-
quuntur quædam documenta maxime obserua-
da. Primo sequitur, promulgationem legis sufficiētem non fieri in instanti, aut in par-
uo tempore, sed in temporis spatio quo pos-
sit ad notitiam omnium deuenire. Secundo
sequitur, posse accidere, quod lex sit sufficiē-